Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

xx. Percussi vos vento urente et aurugine
et grandine omnia opera manuum vestra-
rum. et non fuit in vobis qui reverteretur ad me dicit
dominus. Ponite corda vestra a die ista et in futu-
rum. a die xx. et quarta noni mensis. a die qua
fundamenta iacta sunt templi domini.
ponite super cor vestrum. Numquid iam se-
men in germine est. Et adhuc vinea
et ficus et malogranatum et lignum olive
non floruit. Ex die ista benedicam. Et
factum est verbum domini secundo ad aggeum in
vicesima et quarta mensis dicens. Loque-
re ad zorobabel ducem iuda dicens.
Ego movebo celum pariter et terram. et sub-
vertam solium regnorum. et conteram fortitu-
dinem regni gentium. Et subvertam quadri-
gam et ascensorem eius. et descendent
equi et ascensores eorum. vir in gladio
fratris sui. In die illo dicit dominus exercituum.
assumam te zorobabel fili salathiel.
serve meus dicit dominus. et ponam te quasi signacu-
lum. quia elegi te dicit dominus exercituum. Ex-
plicit Aggeus. Incipit prologus zacharie

Anno prophe-
secundo darii reg-
medorum agge-
um et zacha-
riam prophe-
tasse. lectione
eodem de-
clarant. Sed hac de causa aggeus za-
charie in ordine prophetarum prelatus videtur.
quod eum duobus mensibus ut predicte lectio-
nes ostendunt in prophetia precessisse inve-
nitur. Ad restaurationem etiam templi
precepto dei populum animasse esdras refert di-
cens. In secundo anno darii regis prophetave-
runt aggeus et zacharias filius addo
prophete super iudeos qui erant in ierusalem et iu-

dea super israel. Tunc surrexerunt zorobabel
filius salathiel. et iesus filius iosedech
et principes eius. et inchoaverunt edificare
templum dei. quod est in ierusalem. Quibus tan-
dem accedente prophetarum exhortatione sua adiu-
verint eos. Nam et populum israel ab imi-
tatione patrum delictorum per suam
commonitione idem propheta cupiens re-
vocare. sub lectione comprehensis visus est.
Vidi nocte. et ecce vir ascendat super equum
rubeo. sedente et stante in medio
myrteti umbrosi. Cui visionis hec so-
lutio est. Vir ascendens equum rubeum
licet angelus intelligatur. tamen quia per dicti
coloris equum ascendere visus est. vindi-
ctam sanguinis in eam gentem significat per se
venturam. que populum israel in captivitatem
redegerat. Stante vero in medio myr-
teti umbrosi. Nam et ysaias propheta
pro rubore vestimentorum et gentes vin-
dictam cum sanguine a deo proferendam
demonstrans huius verbis usus est. Quis
est iste qui venit de edom. tinctis vesti-
bus de bosra. quod dicit leticiam populo affu-
turam per myrteti significationem
voluit designare. eius lignum moyses
in libro levitico cum faceret mentionem
ait accipietis die prima fructus ligni
speciosi. ut leticiam ipsius populi per bonum olentis
ligni umbraculum demonstret. Sed hac
visione que libatione populi et vindictam
de adversariis futuram demonstrat. obli-
vioni propheta se vidisse memoravit.
que populum israel prima libatione de terra e-
gypti noctu discessisse constabat. Cum
exempli presens populus aliquam premisse
retinere videbatur. libatio eiusdem
ac reditus captivitatis de terra chaldeo-
rum nocturnum prophete est revelata. Explicit prologus.

[Marginal corrections: "rubeum. Vidi virum in equo" ... "Stantem in medio myrteti umbrosi"]